



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Appendix. Ad Librum secundum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11153

corum Regem , quæ habetur tom. 4. historiæ Francorum
Scriptorum pag. 729.

Decessit Romæ anno salutis 1164. in Basilica S. Petri, quam
magno Friderici Imperatoris præsidio adhuc obtinebat.

Ibidem

Victor IV. antea *Octavianus de Monticello*, Romanus, ex Presby-
tero Cardinali S. Cæciliæ anno gratiæ 1159. Non. Septembbris,
à nouem Cardinalibus Romæ Pseudopontifex electus contra
Alexandrum III. scripsit

Epistolas duas, ad Ludouicum VII. Francorum Regem,
quas Franciscus Duchesnius tom. 4. historiæ Francorum Scri-
ptorum pag. 582. & 583.

Obiit Lucæ in Etruria anno Christi 1164. mense Aprili,
sub Alexandro III. Pontifice Optimo Maximo.

Eius Epistolæ memorantur à Paschali Pseudopontifice in
Epistola ad Ludouicum VII. Francorum Regem.

De rebus gestis Victoris consule omnes Vitarum Pontifi-
ciarum Scriptores.

APPENDIX.

Ad Librum secundum.

Pag. 245. post lineam 17. adde

Alexander Fichetus, Sabaudus, è Minore Bournando dice-
cessis Gebennensis Societatis Iesu Theologus, edidit
Gallicè

Tropheum sanctæ Sedis, aduersus libros Marci Vulsoni Con-
filiarij Grationopolitani Caluinistæ de potestate Papæ & liber-
tatis Ecclesiæ Gallicanae. Gratianopoli anno 1640. in 4. apud
Petrum Verderum Typographum Regium, ut ab Auctore
didici.

Vivit Lugduni hoc anno salutis 1643. sub S. D. N. Urba-
no VIII. Pont. Opt. Max.

Pag. 164. lin. vltima adde. Anno 1611. mense Februarij,
ex Petro Doulremant in eius Elogio.

Pag. 268.

Pag. 268. post lineam 35.

Arnobius, natione Afer, ex Pagano Christianus factus, scripsit
De disputatione S. Petri Apostoli & Simonis Magi, libro secundo contra Gentes.

Floruit anno à partu virginico 285. sub S. Caio Papa.

Ibidem

Arnoldus Offatus, Auxitanus, ex Libellorum supplicum in Regia Magistro, & Vareni apud Rutenos Decano, Episcopus 66. Redonensis, & 50. Baiocensis, deinde S.R.E.Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebij, scripsit

De rebus gestis Clementis VIII. Pont. Max. libris Epistolarum.

Obiit Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1604. pridie Idus Martij: sepultus est in Ecclesia S. Ludouici cum effigie marmorea & Epitaphio alibi relato.

Pag. 294. post lineam 20. adde

Cornelius Amalteus, edidisse exploratum habeo

Poëma Latinum, ad Pium IV. Pontificem Maximum. Extat ad calcem libri Carminum Gabrielis Flammeæ, Veneti, Episcopi Clodiensis.

Vixisse constat sub Pio IV. summo Pontifice.

Pag. 316. linea 1. adde.

Obiit Vlyssipone anno Christi 1617. Septembris, ætatis suæ 70.

Pag. 334. post lineam 5. adde

Henricus Albius, vulgo *Albi*, Gallus, Societatis Iesu Theologus, paratum habet opus, cui titulus est.

Elogia historica Cardinalium Illustrium Francorum & Extraneorum Parallelis apposita, cum Iconibus è Museo Clarissimi Viri Gaspari de Monconys, Domini de Liergues & de Pouilly, Consiliarij Regij, & quæstionum Iudicis in Prefecturæ Lugdunensi.

Viuit hoc anno Domini 1643. sub Urbano VIII. Pontifice Opt. Max.

Pag. 360. post lineam 20. adde

Ioannes Clerik, natione Anglus, edidisse compertum habeo
Orationem, &c. vt linea 21.

PPP 2

F R A G